cuedo not. q causa sit cum monacho, t libellus d'eo. ¶ Tertio not. q episcopi tenentur scire leges ciuiles cũ sint leges ciuiles debent iudicare. vt hic. de q not. p gl. C. de episco. t cleri. l. repetita. q qualiter sit intelligendum quod episcopi debeant scire leges, tangit Jaco. de Bel. hic. t docto. in authen. causa que fit cũ monacho. C. de epis. t cleri. hic supta dicã in. §. si vero. p crimi. J. de sanc. episcop. vbi gl. tangit. ¶ Quarto not. q leges ciuiles debent seruari in foro ecclesiastico. de q dic vt in. c. j. extra d ope noui. nunc. t ibi p docto. t vt not. gl. extra de regu. iur. c. ij. lib. 2o. vj. t vide q ibi tangit extra de arbi. c. ij. ¶ Quinto no. i ver. Iz etiã q causa monachoz ocbet accelerari, t honeste, t sacred otalit expediri. ¶ Sexto not. in versicu. executores, q ratione delicti cõmissi in psonã ecclesiasticã, quis efficitur de foro ecclesiastico, vt hic de quo p gl. in authen. itẽ nulla cõmunitas. episco. t cleri. ibi p docto. in d. auth. causa q̃ fit cũ monacho. dicã. j. d sac. epis. §. omnib⁹ aũt epis. ¶ Quero, an hec cõstitutio habeat locũ in calib⁹ ciuilib⁹, t criminalib⁹. Dicit Jacobo. de Belu. q sic. Dicit enim ru. causas dicere, t in nigro, in pluribus locis idem dr. ¶ Itez in p̃incip. dicit, si quidẽ &c, t sic sequit tã in crimina li q̃ in ciuili, argumen. et⁹ q no. l. causas. C. de trãsact. t j. l. j. §. j. ff. de testib. facit extra de verbo. signifi. c. ex parte. ¶ Quero quis citabit, t cui⁹ persona concipitur libeli⁹. Dic vt in gl. hic super versicu. interpellet. t in d. authen. causa. t. J. de sanct. epis co. si qs d aliquẽ. ¶ Quero, de quibus conuenit hic monach⁹. gl. j. in d. authen. causa tangi, t ibi latiꝰ per docto. not. J. de san. epis. §. quidem. ¶ An autem monach⁹ agere possit. Bl. su p dicto versic. iterpellet ponit hic. t in. d. authenti. causa. Quid aũt iuris sit de iure g anonico, an monachus agere possit, t cõueniri et an ratiõe delicti possit accusari. Dic vt. xũ. q. j. c. exped. ¶ Ite qũ delinquit, vel etiã p̃hibit, an cõueniatur ipse vel ecclesia: Vide q not. xj. q. j. c. de persona. Et de hoc an monachus p̃o delicto ab eo cõmisso ante ingressum, siue post ingressum, cõueniat, not. Specu. in tit. de reo §. j. ver. sed an monachus. t ver. sed nunqd Et circa omnia p̃dicta vide Specu. in titu. de sta. mona. i p̃nc. t quod no. Inno. in. c. j. extra de reiud. t Specu. titu. de actore. §. j. versicu. ite excipit. ¶ Quero, posito q libell⁹ possit fieri cõ monachũ, qs respõdebit, p eo. Bl. hic super. d ver. interpellet. t i d. authen. causa. dt q Abbas. syndicus, vel economus. Dic vt in gl. Iz Jac. de Bel. dicit, t bene iudicio meo, q episcopus dz disponere qualiter dz responderi an per se, vel p alios, vt pz in. §. ij. ibi, ille vero mittat. &c. t pz hic in rub. hui⁹ titu. t J. de sanc. epsc. §. monachis. i p̃incipio. ¶ Quero, an cõ collegiũ possit libell⁹ cõcipi nomine monachi. Dicta gl. hic. t in d. auth. causa dt q sic Jaco. dicit q ille. §. 2rium ostendit d hoc an ille. §. p bet, dicã ibi. An aũt monachus possit iurare de veritate dicenda: Dicta glo. hic, t in d. auth. causa. dicit quod sic. de quo per gl. in l. ij. §. q ob seruari. C. de iura. cal. An aũt sua respõsio debeat nocere eccle sie, vel Abbati. Dic vt not. gloss. in capitu. dubiũ extra de elect. ¶ Quero, an iurabit d calumnia monachus. Dicta gl. h. d. q non, sed Jaco. dicit q si monachus est in iudicio per se, t suo nomine causaz agit, ipse de calumnia iurabit, cũ tũc sit tãquã p̃ncipalis persona in iudicio. vt. §. monachis. J. de san. epis. ¶ Nec obst. q monach⁹ nihil h , qz pauper⁹ nõ excludit iudiciũ Iz qũã tum ad executionẽ sententie iudiciũ debilitet, hinc est q inops condemnatus. in carcerẽ detruditur. vt. l. j. C. qui bon. ced. poss. ¶ Quero nunqd monachus possit conueniri. Et pone q sententia lata est. in quibus rebus fiet executio. Hanc. q. formatur gl. in §. si quis contra aliquã. J. de sanctiss. epis. ¶ Quero qd de monachis exemptis, sub quo conuenitur. Dicitur in gl. sup d. versi. interpellet in fi. t in d. auth. cã q sub Papa de q dic vt in gl. vj. q. iij. c. placuit. de p̃riui. cred. c. tuarũ t per Inn. in e. tit. c. recipim⁹. t c. ex oꝛ. t vide qs habes hodie in c. j. de p̃riui. lib. vj. ¶ Quero in hoc §. pe. dicitur hic, de cautela iudiciorũ, &c. quid vult hoc dicere. Dic vt in gl. super ver. cautela. t no. fi. gl. vbi dicit qd qdã dicũt quod hoc casu dz recipi pign⁹. ¶ Quero an iudex per se in decem libris auri t officiales in alijs decẽ condemnabuntur. Bl. tangit in d. auth. cã. Dic vt ibi per doct.

ADDITIONES.

a ¶ Quod sic: Adde Bal. in addi. ad Specu. in ti. de reo. ver. monachus. an possit.

b ¶ Libellus. Ad quod vide Fel. in c. causam. in p̃in. j. colũ. de p̃oba. t quod per eum etiam in c. J. t Bl. de re iu. columna quarta in fi. versi. ó libello t vide Bal. in l. aditio. ff. de acquirenda. hereditа.

c ¶ Ingressum tunc coram quo conueniatur vide Lar. in cle. j. §. qz vero. viij. q. de statu. mona.

De Quæstore. Rub.

1 ☞ Dominis agricolarum sũt cõstituti iudices a lege itez suos agricolas.

2 Jurisdictio inferioris devolvitur ad superiorẽ, si inferior negligit vel denegat facere iustitiam.

3 Baiulus non citat aliquem ad iudicium sine p̃cepto.

4 Falsam ambaſiatam facies qualiter puniatur remittitur.

5 Validi t potentes quãdo compellantur ad aliquam artem exercendam.

Cum dei. Officium questoris requirẽdis personis in vrbe Constantinopolitana manentibus consilitꝰ, t iquirit q sint, t vnde venerint, t qua occaliõe, t cuius sint, vtrũ si t Cõstantinopolitãe ciuitatis sint ciues, eoꝝ causas, t negotia, celeriꝰ, et pedire extraneo ad suas p̃ouincias. cũ suis remittere, t alios expellere, t validos, t potentes operari facere, exceptis omnibus infirmis corporis, que dimitti debebant. pena d facientibus imminẽte. ¶ Not. versic. vero forsan. §m Jac. d Bel. q d̃ agricolarũ sunt cõstituti iudices a lege inter suos agricolas, vt p̃z in d. ver. t sic est arg. §m q d̃s inter suos vasallos sit iudex. de quo in, t. col. de p̃oꝛi. seu. alie. per Fede. c. vnico. §. penulti. Sz certe iste text. non vr hoc probare. Nã illa verba, q a nobis statuti sint iudices &c. vr debere referri ad verba auditoꝛes litis, que precedũt vel ad verba que ibi sequunt, ipsi adhuc differãt. t c. cũ enim in versi. si vero forsã, ad resultationem dicatur de agricolis, qui cũ dominis cõtendat, dz esse d̃s iudex in causa p̃opria. vt. C. ne quis i sua can. Nã si d̃s contendit cũ feudatarijs suis non cognoscit de illa cau. ij pares curie. vt. d. §. pe. t q plene not extra de iudi. c. ceterũ. ¶ Item dicit de illo qui est arg. i d. §. si vero forsã. t q iudex inferioꝛ iustitiã negligit vel denegat facere suis subditis. q iurisdictio devolvetur ad superiorẽm. Facit ad hoc. si de inuest. inter dominum t vas. lius cita. c. j. t circa q vide etiam q no. in d. §. pen. t d. c. ceterum. ¶ Nota in ver. si vero aliqui. aut i hac, &c. ibi. sine iudiciali p̃cepto. q balius nõ põt citare aliquem ad iudicium sine iudicis p̃cepto. vt hic. Idem. C. de exhi. re. l. fin. t ibi per doc. t qualiter puniatur faciens falsam ambasiatã. dic vt no. Spe. in tit. de executio. §. j. versic. sed queritur qualiter. ¶ Oppo. ad versi. si vero balius terre, &c. videtur q validi, t potentes non debeant cõpelli ad exercẽdũ artẽ. vt C. de mẽd. validi. leg. j. lib. xj. Bl. solvit ibi, vel dic, hic loquit i ciuibus. ibi in extraneis. vr hic distinguitur. ¶ Ultimo not. gl. huius cõstitutionis, que est super versicu. reparare. t que incipit. arg. &c. Et dic vt in ea t dixi in. §. semper, alleg. in gl. Barto.

ADDITIO.

a ¶ Precepto. Adde Fely. in. c. j. de iud. in. v. colũ. statim post med. vbi plene. t no. d. Ale. de Imo. in l. sciẽdũ ver. ob. a. in. l. noie. ff. de fal. nisi consuetudo sit in contrarium, vt ibi t Bal. in l. si qñ. C. de testa. t adde Jo. de Imo. in. c. cum parati de app. t Tan. in summa. de cita. q. v.

Constitutio, quæ de dignitatibus, &c. Rub.

1 ☞ Consulatus, t patriciatus faciũt quem sui iuris etiã administratione non accedente, secus in alijs.

2 Dignitates liberãtes a curiali fortuna, liberant a patria potestate que sint. remissiue.

3 Filius emancipatus mortuo auo nõ revertit i potestatem pris. Filius liberatus a patria potestate pp dignitatem mortuo auo patris potestatem repertitur.

4 Omne bonum optimum, t omne donum perfectum, de sursum est a Deo.

5 Electio sola quando tribuat ius electi.

6 Electio, que regrit superioris cõfirmationẽ qñ sola tribuatius electo, t ibi quid p̃latura.

7 Electo ante confirmationem quando liceat administrare.

8 Princeps ante confirmationem, t coꝛonationem quam authoritatẽ habet.

Quicquid. Dignitas consulatus, patriciatus, a patria potestate liberat, sola dignitatis collatiõe, t gñt omnis alia dignitas, que a curiali fortuna liberat q a patria liberat potestate h. d. ¶ Nota. qõd ex sola collatiõe dignitatis patriciatus, t consulatus, go efficitur sui iuris, vt hic in p̃incipio. In alijs vero dignitatibus omnia administratione accedente. vt hic. in §. nũc autem. versicu. dicimus autem in ipsis sedibus. &c. t not. gl. in versic. nã si sanctimus super versicu. codicillis. ¶ Scõo nota. in. §. generaliter. q omnis dignitas q̃ liberat a curiali fortunã, liberat a patria potestate Que aũtẽ sint dignitates, que liberant a curiali fortuna. habes i text. l. fi. C. d decur. lib. x. ¶ Tertio no. in. §. illud. q Iz quãdo filius exeat

lius exiuit de patria potestate per emancipationem.filius eius, qui remanit in aui potestate non redeat in potestatem filij emã cipat,si auus moritur,vt Institu.quib⁹ modis.ius pat.po.sol. §.primo.in fi.ec⁹,qñ filj⁹ exiuit de patria potestate pp dignitatẽ adipiscatur,vt hic.z not.in dicto.§.primo institit.quib⁹ modis i⁹ pat.po.sol.z in l.li pater filio.ff.ꝺ adop. ¶ †Alti.not.text.ibi,q nã omne bonũ,ꝛc.ad quẽ text.facit extra ꝺ p̃uil.c.fin.z ibi no. z.xxv.ij.c.j.z.§.3.vt liber.dece.in p̃incip. ¶ †Et no.q.3.ꝺ.di xi q̃ q̃ sola collatiõe dignitatis i⁹ tribuit,an hoc sit verũ,z text. in veric.nũc aũt facit p̃ z ꝺ.ad hoc etiã facit,l.fina.C.de dec.li.b20.x.z institu.quibus modis ius pat.po.sol.§.filiũssa.§3 q̃ sola electio non tribuat ius electo,no.i.l.ex eo.tẽ.ff.de test.mil.alibi.not.gl.q̃ sola electione tribuatur iurisdictio,§ nõ effect⁹ iurisdictionis,ita not.i l.p̃uato.z.C.de iurisdictio.omniũ iudic. z de cõdi.z demostra.l. Publius.in p̃incip.C.de cõsu.l.fina. lib.xj.z alibi vt q̃ ex sola electione acceptata ius non tribuitur nili ceperit administrare,vt videbitis.§.de admi.§.illud collũ. vñ,quid dicendũ:Putarẽ sic dicendũ. Aut loquimur in maximis dignitatib⁹,vt patriciat⁹,archiepiscopat⁹,z tũc ex sola electione plenũ ius tribuit vt hic i.§.primo.z.j.nã si sancim⁹.z ibi not.gl.sup versi.cõdi.z.§.filiussami.z.C.ꝺ episc.z cle.auth.§ episcopalis dignitas.z ibi not.gl.sup versicu.honoratis.z l.fin. in p̃inci.C.de deci.li.x.z qõ not.in dicto.§.filj⁹.q̃ intellige cum acceptatione,vt not.in.l.fin.C.de cõsu.lib.xj. Et ita intellige gl. l. Publius.ff.de cõdi.z demostra.in p̃in. Ad hoc facit extra ꝺ elec.c.cũ inter i fin. Aut loquimur i alijs dignitatib⁹ minorib⁹, et tunc dignitates non habent administrationẽ annexam.z tunc quid cõsequat electione,z acceptatione,habuisti.ꝺ.vt ozd.prefe.circa p̃inci.z in fin.z habes in ꝺ.verticu.nã si sancim⁹,iqua tum dicit de illo qui est effectus cõsularis,qui hz spẽ administrãꝺi.vt not.in gl.super versi.cõsulares. Aut hz administrationem annexã.z tũc electo ex electione.z acceptillatione ego puto qꝺ tribuatur ius ipsi⁹ dignitatis,z ius administrãꝺi.§ tale ius non tribuit effectũ,nili cũ cõpetit exercitiũ ipsi⁹ administratiõis qꝺ intellige cũ administrare posse ceperit. Et ita intellige ꝺ.§.nũc aũt ibi.z insuper singulis ꝛc.z sequitur postea.z operibus agnitis,z ita loquitur etiã.§.vt ozdi.prefe.§.j.z ita intellige ꝺ administ.§.illud q̃ not.gl.sup versi codicillos.z q̃ not.in.§.filiussamilias in gl.q̃ incip.hoc est speciale.z.j.co.ver.nã si sancim⁹.super ver.codicillos.z quod not.i ꝺ.auth.§ episcopalis.in gl.q̃ est super.ꝺ.ver.honoratis. Predicta locũ habẽt in electione,que nõ requirit confirmationẽ superioris. Et ita intellige qꝺ ꝺixi ꝺ episcopo,vt patet in §.palã.j.co.ot enim,ipsa ordinatione Si enim loquimur in electionib⁹ que requirũt superioris cõfirmationẽ tũc quid iuris sit gl.ꝺ.l.p̃uato.z.C.de iurisdi.om.iud.ꝺicit q̃ ex electione subaudi,z acceptillatione,vbi inuitus nõ cogeretur querituꝛ ius,sed non exercitiũ iurisdictionis.† Itez ꝺicit gl.qꝺ ex electione queritur i⁹ prelature,z admãistrãꝺi.§ nõ exercitiũ prelature administrationis. Ita not.li.iij.ꝺist.c.quãto.z vide gl. j.de cola.§.ad hec prohibemus.alleg.hec.z ibi ꝺicã. Nec obst. predictis in quãtũ ꝺixi q̃ nõ cõpetit exercitio iurisdictionis,z administrandi ante confirmationem q̃ habuistis.ꝺ.de defun.ciui. §.si cadere.ibi.z suscipere ꝛc.q̃ intellige vt ꝺixi ibi.† Et ꝺ hoc an electo ante cõfirmationẽ liceat re ipsa administrare,vide Innocen.in.ca.transmissã.extra de elec.z in.c.cũ sup extra de cau. pos.z pue.z in.c.proposuisti.extra de cõce.preben.† An aũt pn cipe ante cognitionẽ,z cõfirmationẽ factã p Papã habeat iurisdictionẽ,vt exercitiũ iurisdictionis vt possit p̃uilegia cõcedere legitimare,z alia facere,Jaco.de Areti.disput.quã disputationem refert,p. yn.inl.bene.a Zenone.C.de quad.pres.z viꝺ q̃ ꝺicin.l.fin.in p̃incip.C.de cõsu.lib.xj.

ADDITIONES.

a ¶Cuius.Quare autem ius acquiratꝝ electo,vide copiose z not. p yay.in.c.cum Bartoldus.de iudi post p̃inci.ver.quale aũt ius et q̃ ad materiã ibi ꝺixi in apost.z per Jely.in.c.sup his.de acc.in.j colum.versi.z in quantum.

b Jurisdictionẽ. Vide Pau.de castr.in cõsil.cv.z Oldr.i cõsil. clxx.

1 ¶ Beneficium i rescriptis quando late,z quando stricte,iterpretatur.

a Illud. Oppo.z vꝺ q̃ in rescriptis beneficium ꝺebeat iterpretari stricte,vt e.tra de reseri.c.significante.et c.nonnulli.§.i.z.c.significaui.eod.tit.l Sol. Aut loquimur i beneficijs.z ista sunt largissime interpretanda.vt hic. Aut in rescriptis,z sunt stricte interpretanda,vbi sunt rescripta stricti iuris, que emanant super delictis,que sunt potius restringenda q̃ larganda.vt.ꝺ.c.significante. Sz hãc solu.oppo.q̃ beneficiũ nõ sit plene nec large interpretandum,vt extra de reseri.c.si gratiose. lib.vj. Solu ibi loquit in beneficio ambitioso,hic vero non.

ADDITIO.

a ¶Stricte. Vide ad hoc Jely.in c.cau sã.viij.colum.versi.tertia declaratio de rescrip.z q̃ ibi ꝺixi in apost.

1 ¶ Sacerdoti vt liberet quẽ a patria potestate quale esse ꝺ beat.

a Palam. Oppo.per l.sacrosancti.C.ꝺe episco.z cle.Sol. illa cogitur per istum.§.z ideo super illa posita est auth.sed episcopalis dignitas hinc sumpta. ¶ †Quero an aliud sacerdotium liberet quẽ a patria pote.Doc.in ꝺ.auth.sed episcopalis tz q̃ nõ cuius contrarium determinat gl.ꝺe eta.et qualita.c.indecorum.

ADDITIONES.

a ¶Sacerdotium. Addꝺe Dy.in re.decet. Panor in c.constitut⁹ nu.iij. extra de resti.in iteg.z plen⁹ in c.cum volũtate nu.viij.in ver.speciale.z est in episcopatu.extra de senten. excommuni.et ꝺixi post Bal.in l.sacrosancte nu.j.versi.episcopalis autẽ dignitas.C.ꝺe epis.z cleric.

De iudicibus. Rub.

1 ¶ Imperitus causarũ non põt esse iuꝺex ꝺelegatus.

2 Judex ꝺelegatus an habeat assessorẽ qualiter.nu.6.

3 Judices non ꝺebent omnem causã committere consilio sapientis.

4 Imperiti literarũ an possit esse iudices q̃ sic etꝺelegatis nu.7.

5 Illiteratus iuꝺex qualiter formet sententiam.

Azenone. Judices ꝺelegati a p̃incipe ciuitate nõ ꝺebent esse periti rerũ negotij⁹ experti,vt causas p seipsos ꝺicãt,z cognoscant. Judices quoq; ordinarij per suos assessores negotia §m.l.explicant z ꝺeterminant z cõtra occupationẽ per p̃sentiam suorũ assessorũ supplent. ¶ Item predicti iudices ꝺebent sedere mane meriꝺie,z vespere.z appellationes ab eorũ sententijs interpositas suscipere cognoscentes per eos quibus nostre leges causarũ cognitionẽ cõmittunt.h.ꝺ. ¶ †Et p̃incipi huj⁹ cõstit.no.ꝺuo. ¶ †Primo q̃ illiteratus z iperitus causarũ non põt esse iuꝺex ꝺelegatus Secundo no.q̃ iudices ꝺelegati nõ ꝺebent hre assessores sed ordinarij.q̃ sic qualiter sit intelligẽꝺũ.j.ꝺeclarabo. ¶ †Tertio not. ibi sed siue reos querere.ꝛc.ar.z tra iudices q̃ qualibet questionẽ committunt cõsilio sapientis.ꝺe qua questiõe ꝺicit no.Ja.ꝺe Are.in l.ille aut ille.cum in verbis.ff.ꝺe leg.tertio.z antequã veniamus ad alia p̃imo ouo no.per modũ questionis.Et p̃imo,

4 quero †an imperiti literarũ possint esse iudices.gl.hic sup ver.

a habere ꝺicit q̃ illiterari possint esse ordinarij iudices.Et rõ quia habent assessores,vt patet in versi.in ostris administratoribus Si vero loquimur in ꝺeleratis,tunc aut illiteratus est ꝺelegatus a p̃incipe sciente.z potest esse iuꝺex qz videtur cũ eo ꝺispẽsare.vt l.quiꝺã cõsulebant.in fi.ff.ꝺe re iu. Aut est ꝺelegatus a p̃incipe ignoranter.vel ẽt ab alio tunc nõ tz ꝺelegatio.vt hic in versicu. nõ igitur,Non ob.l.certi iuris.C.ꝺe iuꝺi.q̃ licet ibi loquatur. ꝺe milite.non tamen est illiteratus.vel est ibi speciale intermilites vt illiteratus,z imperitus miles inter eos possit iuꝺicare, sed inter alios secus.vt hic. Ultimo ot gl.super.ꝺ.ver.habere q̃ ibi licet sit illiteratus tñ hz experimentũ causarũ,et naturele. ꝺescriptionẽ z hanc opinionem tenet Specul.in titu.ꝺe iuꝺi.ꝺe le.§.excipi potest versi.item q̃ illiteratus. Istam enim opinionez tenet gl.in cap.suscitans extra de rescrip.circa q̃ vide gloss. in ꝺicta.l.certi iuris.z l.fi.C.ꝺe sen.ex breuic.recit.z tãgitur per gl.in c.fi.ꝺe regulis iuris lib20 sexto.z doctores in l.certi iuris p̃ꝺicta.z in ꝺ.l.finali. tenent quod illiteratus potest esse iuꝺex, sive sit expertus.causarum.sive non.z sive sit ordinarius sive ꝺelegatus.z hoc puto verũ cum non videatur rõ ꝺiuersitatis inter ordinariũ.z ꝺelegatum vt ꝺicã.j.pri.q. Adhunc textum i §.nos igitur potest responꝺeri.quã hic loquatur in ꝺuodecim iuꝺicibus ꝺelegatis in vrbe.Romana,qui p̃opter eorum industriã eligunt z ideo ꝺebẽt esse itestati.z in negotijs experti,vt no.gl.

5 super versi.nostris. ¶ †Qualiter autem illiterati formet sententiã cũ opus sit eã in rescriptis ferri.Dic vt no.gl.i ꝺ.l.fi.C.

6 ꝺe senten.ex breuic.recit.z ibi per doctores.z in l.certi iuris.z. alle. ¶ †Secuꝺo quero an iuꝺex ꝺelegatus posset habere assessorẽ,hic videtur ter.q̃ ordinarij tãtũ possit assessorẽ habere nõ ꝺelegatus vt hic in ver.nos igitur.z in versi. nostris.z istud tz Ja.ꝺe Are p hunc tex.vt z.p.refert in ꝺ.l.certi.Sed in Jurij⁹ viꝺetur veritas q̃ iuꝺex ꝺelegatus possit habere assessorem.vt §.vt ꝺefun.siue fune.ze.§.illud.z §.alios autẽ col.v.Nam ob hic ter. q̃ loquitur specialiter in.rũ.iuꝺicibus ꝺelegatis in vrbe Romana qui p̃opter eorũ industriã eligũt.vt §.ꝺixi.z isti nõ ꝺz habere assessorẽ.vt hic alij vero lic.vt in Jurijs.z illã opi.tenẽt ꝺoc.i aut.ad hec C.ꝺe iuꝺ.supta ex illo §.illud.z no.C.ꝺ epis.z cle. aut. cã q̃ sit cũ monacho.z hoc puto verũ q̃ possint habere assessorẽ ꝺelegati habetis casũ expssũ i statutũ.§.assessorẽ autẽ ꝺ resti.vi.

7 Per hoc puto q̄ sicut iudices ordinarij possūt esse illiterati. ita iudices delegati, cum vterq; possit assessorem habere. z per consequens nō est ratio diuersitatis inter ordinarium. z delegatū. Nec obstat. pdict⁹ text. j. co. ſ. li qs aūt, vbi videt velle, q̄ ibi duodecim iudices delegati possint habere assessorē, q̄ respondit vt ibi dicam. Demō ergo ad. ſ. li quis autem.

ADDITIO.

a ¶ Iudices. Ad saturitatem vide latissime. z not. Felyn. in. c, scisscitatus. v. colū. versū. illiteratus de rescrip.

1 ☞ Pedanei iudices, qui sint. z q̄ dicantur.
8 Delegati a principe in vrbe Romana vel cōstantinopolitana q̄ possunt habere assessores. z nu. 3.

Si quis autem. ¶ Quero de intellectu h⁹. ſ. dicunt quidam quod cū. ſ. i. ſ. vetus igitur. huius. z sit dictū de maioribus iudicib⁹ qui sunt q̄tuor. z de minoribus iudicibus qui sunt octo. Imperator ōt q̄ li dicti maiores iudices volunt, possint causas delegare alicui ex
1 illis octo iudicib⁹, non alijs. Dicit gl. ⁺ q̄ eos octo iudices minores vocat pedaneos officio. z dignitate. z. redo q̄ velit dice. q̄ sūt pedanei officio. z dignitate. z sūt pedanei ratiōe officij par ui. z ratione parue dignitatis quā nullo modo habent magnā, sed habent inodicā. Alij vero. l. decē iudices. ſ. maiores iudices erāt pedanei officio ratiōe parui officij q̄ habebāt. ſz non erāt pedanei
2 ratiōe dignitatis, q̄ illam magnam habebant. † Et pm̄ istam lectu. habes hic casum quod etiam isti iudices, qui delegātur a pn̄cipe in ciuitate Romana, vel ✠ constantinopolitana possint habere assessores, vt patet in exceptionibus quas ponit text. ibi cōsiliarijs suis. Et sic patet q̄ isti iudices habeant consiliarios, qui consiliarij appellant, assessores, vt. d. ſ. alios. not. ſ. vt defun. seu funera eorū. z. c, pbatur versi. z nostris administratoribus. z. c. ſ. eo. Et pro ista opinio. facit. ſ. pxi. ſ. versicu. inter hos. vbi patet q̄ vn⁹ existis iudicibus h⁹ cōsiliarū assessorem. Alij dicunt q̄ hic vocat iudicem magistratum. z sic hic loquitur d̄ iudice ordinario. Et ista opinio, videtur tenere gl. super verbicu. iudiciū. ibi in nouellis. z. z super verbo, particulares. in fin. gl. z pm̄ ista lectu. iste. ſ. non est d̄ id quod dixi. ſ. pxi. pm̄ docto. Nō obst. text. q̄ dicit, nisi consiliarijs. z. c. qui cum loquitur de iudicibus ordinarijs, non est dubium quod possunt assessorem habere vt. ſ. ver sic. z nostris administratoribus. z. c. Bl. in super verbicu. iudiciū. i fin. dicit hunc. ſ. esse coarctādum tantum ad magistratus populi Romani. z ad iudices constitutos a pn̄cipe delegatos in ciuitate Romana, vt isti volentes delegare de legēt, vt hic dō. Et sic in eo q̄ dicit de iudice a pn̄cipe ꝯstituto ciuitate Romana, iste.
ſ. esset d̄ opinio. docto. de qua. ſ. dixi. ¶ Quid dicemus: putare posse ſustineri quod etiā isti iudices delegati a pn̄cipe in ciuitate Romana possint habere assessores seu cōsiliarios. Non
3 obstat. ſ. j. ſ. eo. qui vr velle d̄ ciū. q. posses dicere q̄ quod ille text⁹ hoc non probat, sed dicit quod isti iudices delegati a pn̄cipe in ciuitate Romana non debent esse illiterati. z non habentes cautelā experientias, sed debent esse pertti z literati. q. alias esset d̄ decus. Reipubli. Romano. z. li tales persone de litib⁹ cognoscerent, quos oportet ab alijs discere quid iudicare debeant. nō aūt negat quod li sit delegatio personis literatis, expertis in causis q̄ illi nō possint suos assessores habere. z hoc apparet in ver sic. i hoc Marcellū. ſ. pxi. vbi exp̄resse d̄ q̄ Marcell⁹, qui est vn⁹ de duodecim iudicibus delegatis in ciuitate Romana, vtitur cōsiliario. z sic pm̄ hoc omnis delegatus in quocunq; loco posset idi. suncte habere suos assessores. z hoc ut dictū saluā meliori declaratiōe. ¶ Quero. z oppo. ad versicu. nisi cōsiliarijs. Et videt q̄ tunc examinatio nō possit cōmitti cōsiliarijs. vt. ſ. de defun. seu fune. ſ. illud. Sol. p tunc iste. ſ. intelligitur de magistratib⁹ ordinarijs tantū. tunc ipsum intelligi pm̄ illū. Si vero intelligim⁹ in iudicibus delegatis a pn̄cipe in vrbe Romana. tunc gl. sup versicu. particulares soluit altero de quatuor modis. Tene secūdam vel tertiā solutionem. z pm̄ istā lectu. p tot loquit in delegato habes hic quod etiā isti delegati a pn̄cipe in ciuitate Romana possunt habere assessores. z facit. p opinio. quam dixi. ſ. pxi. ¶ Ultimo p̄ dicto. ſ. li quis autem. vide gl. in. c. super q̄stionum. extra de offic. del. in gl. super verbo, nisi causa in pncip.

1 ☞ Judex matutino, meridie, z vespere, sedere d̄z.
2 Judex de voluntate partium iudicare p̄t de nocte, alias non.
3 Verbum continue, in teste qualiter intelligatur.
4 Dictio mox, qualiter intelligatur.

Sedebunt. Not. ex isto. ſ. quib⁹ horis iudex sedere
1 debeat. ¶ Oppon. z videtur q̄ iudex non possit sedere horis vespertinis nec iudicare q. licentiet est magistratus populi Romani tali hora i publico cōparere. vt. l. n. ſ. z q. magistratū. ff. de offic. iur. gl. sup verbo. mox. soluit duobus modis. ¶ Prima solu. tenetur in. l. 3ria. sed ad secūdā aduerte. q. ista videtur omnino falsa vt ex p̄dictis patet vesperas, q. pm̄ hoc sequeretur quod etiam verbā matutino, sic intelligeretur. z nō se. quereť q̄ nocte d̄ deberet sedere. Ista enim tria verba matutino, meridie. z vespere ponuntur copulative. debent ergo exponi vt denotent horas, in quibus iudices debent
a sedere. z hic p̄cedēs opinio videtur verior. vel solue vt nota. gl. in capitu. consuluit. extra de officio. de lega. super versic. gratiā
2 in fin. gl. ¶ Querit gl. sup verb. matutino, an iudex possit iudicare de nocte. Bl. d̄ q̄ de nocte p̄t iudicare de volūtate, sed de die de necessitate. sed gl. in l. more. hic allegi. dicit indistincte sentiā debere fieri de die. De qua. q. dix vt not. gl. in d. cap. consuluit. super verbo tenebras. z illā sententiā approbant Hostie. z Joan. An. lz Innocē. videat cā impugnare. z de hac. q. tāgit d
3 docto. in nō mino. z. c. de transact. ¶ Ulterius hūc. ſ. cū d. cō tinue. Jacob. de Belvi. inducit in argument. pro teste dicēte vidi talem cōtinue possidere, quod istud nō sit intelligendū continue, ita quod omīm puncto tēporis videat possidere. De q̄ ſtio Dyn. ponit in. l. prima. ff. soluto matrimo. Et p̄ ista opinio. facit optime. text. de conditionib⁹ z demonstratio. l. si qs ita legauerit. z melio⁹. ff. de edil. edic. l. si quid venditor. in fin. princip. Et p hoc vide expositionē quā facit gl. sup verbo. assidu. xxvij. distinct. capitu. de quibusdā. ¶ Ultimo. q. hic d̄ mox. z meridie. q
4 liter ponat istud verbū mox. primo vide gl. in l. fructus, ff. soluto. matrimo. et ff. de verbor⁹ obligationib⁹. l. prima. ſ. q̄ presens
b z quod no. Speculator. de disp. z alleg. ſ. post hoc. versicu. de mox. o incest. nup. ſ. z de hac dictiōe vide gl. xx. quest. ij. in qualibet. z extra de electio. c. q. propter. super versicu. mox.

ADDITIONES.

a ¶ In. c. consuluit. Et ibidem ad hoc vide Fel. in fi. pen. colum. versic. gl. super versi. tenebras.
b ¶ In l. fructus. Et ibi vide Dyn. z gl. i. l. si pupilli. ſ. idem ait. ff. de neg. gest. z Bald. in. l. Balb⁹. ſ. ille casus. de lib. z post. z in l. ij qs hrs institutus. d̄ acqui. hered. z i d. ſ. q̄ psens. alle. i text.

1 ☞ Forma rescripti per iudicē seruanda est, z ab ea non recedit⁹. sed de partium consensu licet.
2 Acta iudicū debēt esse in scriptis, nō q̄ sit necesse q̄ fiant in scriptis. sed bene in scriptis redigi debent.
3 Contumax quando appellet z quis.

Audient. Judices delegati lites audire debent secundum formam rescripti, z appellationes susscipere de omnibus, quibuscūq; exceptis, ad quas appellationes
initiandas duoz̄ mensū spatiū concedit. Itā sportule, de lis ūptus exigi debent, tantum modo pm̄ formā iure traditā vnoꝝ iudice duabus exceptionibus, z ex quib⁹ vtentur. z si aliquis ex dictis. xij. iudicibus remouetur, debēt a pncipe in eius locum alij⁹ subrogari. ¶ Item cuilibet ex dictis iudicib⁹ pro suo salario duo aurei in cōtestatione, z duo in fine ab vtraq; parte debēt
1 psentari nisi lis sit modica. h. d. vsq; ad. ſ. oportet. ¶ Nota ex isto. ſ. audient. q̄ est recurrēdū ad formā rescripti vt hic in vna expositionē gl. super verbo, schemate. Ad idem. C. quando pro uo. non est neces. l. cū nō ex eo die. z extra de rescript. cū dilecta. Sed cōtra hoc opp. vr q̄ a forma rescripti possit recedi. vt. l. ij. ſ. fi. et l. iudex. z. l. d. ☞ re. ff. de iudi. Sol. a forma rescripti nō
p̄t p iudicē recedi. vt hic, sed de partiū consensu. ex prorogatione posset. vt ibi. ¶ Quero, quid vult dicere text. ibi sub hac
2 mate aduocationis. Et hic sup dicto verbo schemate. ponit triplicem intellectū. ¶ Prio. seruata forma delegatio. Secūdo. l. interueniente scriptura, quali. d. q̄ acta iudiciaria debēt esse scriptis. Allegat extra de app. c. vt debit⁹. nescio ad q̄ gl. allūdat. allegetur. vt debitis extra de appel. q. ille text. hoc non probat. Sed dic, quod acta iudiciaria debent esse in scriptis, nō quod sit necesse quod in scriptis fiant, sed debent in scriptis redigi et c.
a q̄n contra a falsam. extra de p̄ba. z quod ibi not. super verbo,
3 interlocutiones. ¶ Venio ad ver. appellatiōis. et. in quo nota
b q̄ vere cōtumax non appellat. b Sed vr quod contumax appellet. vt l. z post edictum. in fin. ff. d̄ iudic. Bl. vr velle super verba perimendis q̄ ibi loquatur. z in ficto contumace qui potest appellare. z concordan. quod not. in l. fina. ff. de in integrū restitu. Sed d̄ vr velle tex. cū gl. C. d̄ iudi. i. l. properādū. ſ. sinaūt ex gestis. versi. nullo cōiuncta gl. sup verbo cōtumacia. z i ſ. sinaūt. finali. Sed dic vt ibi per doc. in lege. ab eodem. C. quomodo et quando iudex.

¶ In.

ADDITIO.

a ¶ In.c.quoniam ꝫ. Et ibidem ad hoc vide per Fely in ij. colū. circa med. t.c. sicut de re iudi. in. vij. co. post. pūnc. verti. nā vult Roma. ¶ Non apellat. Ad quod vide late per ꝫ ely. in. c. quod b ad consultationē. in. xiij. col. verti. secundus casus. de re iudi. t ibi late dixi in a postil. t adde Fely. in. c. consuluit. de offi. de le. circa me. vj. col. & de plenissime de veritate huius dicti, t an t qñ procedat per Bart. Soc. in suo trac. ꝫ allen, regu. lxxix, Bul. ō. n. in. l. properandū. ſ. finautem reus. nu. tij. Soc. tradit ꝫ allē cūj. t cy. in litera. c. t de materia vide late p Becū cōsil. xxxiij. t protenui. volu. j. l. Alexand. Alose.

1 ¶ Tēpus anni, vel biennij q̄ datad prosequēdū appellatiō nēq̄ incipiat currere super appellatiōe interpolita a delegato.

Appellationes. Not. ad euitādū processus super appellatiōe interpolita a delegato a Pr̄incipe, dant duo menses, q̄b⁹ elapsis incipit currere tempus anni, vel biennij, q̄ datur ad ad apellationē exercendam, vel finiendam. ¶ Sed contra videtur alia tempora, vt. l. in offerendis. ſ. penulti. C. de appella. l. j. in fi. p̄incip. t l. j. de tēpo. apel. dicunt quidā olim dabāt ur alia tēpora, hodie vero dātur duo menses ad inchoandū p̄cessus super appellatiōe. t istā opinio, videtur tenere gloss. hic super verb. menses, t ipsā credo esse positam in d. l. in offerēdis, ſ. penulti. Et hic est speciale in appellatione interpolita a delegato a Pr̄incipe, quod dent duo menses ad inchoandum appe. t postea incipit currere tēp⁹ anni, vel biennij, q̄ dat ad appellationē exercēdā t finēdā vt hic dicitur. De quo tempore exercende app. loquitur. ſ. de his, qui ingre. ad app. ſ. j. t in authēti. ei qui. C. de temp. apel. q. d. quod regulariter istud tempus biennij incipiat currere a tēpore app. interpolite, de quo not. in. l. fina. ſ. illud. C. de tēpo. appel. Alij dicunt, quod hoc est verū generaliter, quod semper de iure duo dantur menses ad inchoandum apel. t hanc opin. videtur tenere. yn. in authenti. ei qui. C. de tempo. appel. in j. t. ij. Sz precedens opin. videtur mihi verior, quod hodie generaliter detur annus. t ex causa biēnium ad procedendum. t ad p̄cessum finiēdum. super ea, vt. d. ſ. hec nos. ſ. de his, q ingre. ad appel. t. d. auctenti. ei qui. ꝫ allit in istis app. interpositis a delegato a Pr̄incipe, q̄ tūc dantur duo menses ad app. inchoandām, t post incipiannus ad apellationē exercendā, t finiendam, vt dicit hic.

1 ¶ Sportularū gen⁹ q d sit, t q̄ dicant sportula. remissiue ad gl.
2 Sportule que dantur iudicibus, t executoribus debēt esse fisci, contrarium vide. j. ſ. sequen. nu. ꝫ.
3 Judex quilibet, pōt habere duos executores.
Bauli duo possunt seruire duobus iudicibus. t non pluribus.
4 Bauli eliguntur, t periculum ad electorem spectat.
5 Nomina nunc̄ reminime.

Nullo. ¶ Quero circa hūc. ſ. quotuplex est gen⁹ sportulaꝝ t quare dr sportula, t dic vt in gl. sup verbo nullo. t dum gl. dicit circa tertium fiunt. t. ¶ Circa hoc vide q̄ not. in. ſ. tripli. initi. ō actio. vbi etiā not. a quo p̄sentent iste sportule, que executoribus dantur. t vide gl. in l. j. de rū. t lit. expē.
2 t vide Specul. i titu. de expēsis. ſ. fi. verticul. i summa. ¶ Not. q̄ gl. dicit q̄ iste sportule, que dātur iudici, vel executoribus. non debent esse ipsius iudicis, vel executoꝝ, sed deb ēt esse fisc. q iudices t executores habent salarium de publico. q. hoc vetū. vt dicam. j. ſ. ne autem. verticu. vno quoque. ¶ Exū no. q̄ quilibet predictoꝝ iudicū pōt habere duos executores, vel marlios. Et no. q̄ duo bauli possunt seruire duobus iudicib⁹. t. non pluribus. ¶ Tertio no. quod bauli eliguntur, ibi dum ōt hoc eos electionem. t. t ibi, ad alios. qui deputant eos, t. t ibi trinq̄ eligunt t. debent eligi boni. alias periculum ad
5 electores spectat. vt hic. t j. de col. ſ. iubem⁹. ¶ Ultimo circa hanc, not. gl sup verbo, causas. que nomina bz nūcup⁹. t dic vt inca.

1 ¶ Ordinarij non recipiunt sportulas. sed delegati sic, q̄ ordinarij sportulas percipere possint. nu. t.
2 Sportule q̄ dant iudicib⁹, t executorib⁹, q̄ nō debēt esse fisci.

Beautem. ¶ Not. quātū quilibet istoꝝ iudicū id est. de legatorum a principe nomine sportularum obeat percipere. ¶ Quero. iudicib⁹ ordinarijs quātū recipiant nomine sportularū. ¶ Item, q d in alijs delegatis ab alio q̄ a Pr̄incipe. dicit gl. j. hoc nō esse iure cautū, tn dicit ipsa idem. q in delegatis a Pr̄incipe. Pro ista opin. glosse. q tā alij delegati. quā etiam ordinarij sportulas accipiant, facit. ſ. ō mā. p̄inc. ſ. lit tibi. t quod ibi no. t. j. vt lit. iur. ſ. hoc quoque. t. ſ. vt iudi. sine quo. suffra. ſ. volumus. t q̄ ibi not. Sed quod ordinarij nō percipiāt sportulat⁹ tz gl. j. co. que incipit, nūquid Ibi tz quod nil percipere debent vltra salariū p̄ sua iura. Idez not. ij. y. oportet. de manda. p̄incip. In gloss. super verti. nūq d. sed Jacob. de Belvi. dicit aut loquitur in ordinarijs habētibus salarū de publico, t illi nolie sportularum nihil p̄cipere debent et ita loquitur d. gl. que incipit, sed nūquid. Sed q̄ hoc facit sup 2a. scriptum ex emplar. t qd ibi no. ſ. vt iudi. sine quoquo suffra. ſ. vno quoquē. t q̄ ibi no. ſ. co. Aut loqnimur in ordinarijs q salarium de publico nō percipiunt, t tunc isti percipiunt sportulas,
2 vt no. in gl. huius. ſ. ¶ In alijs autē delegatis a p̄incipe vt bz salarium a publico percipiant tū sportule debentur sibi argumē. huius. ¶ In fi. Sed mihi videtur q̄ distinctio quam ipse facit i iudice ordinario nō sit vera Nam dico q̄ iudex ordinarius pōt p̄cipere sportulas. bz salarium de publico percipiat. Hoc q̄ bo p. ſ. oportet. coniuncto. ſ. sit tibi. sup 2a d mand. p̄in. Nā oportet dicit quod scriptor, vel ordinarius bz salariū de publico postea. ſ. sit ibi dicit q̄ ordinario nō permittitur sportularum nomine a percipere vltra quā in sacra constitutione cōtineatur. Patet ergo q̄ sportulas que cōtinētur in sacra cōstitutione pōt percipere. t p̄ hoc q̄ quilibet iudex possit sportulas accipere facit dictus ſ. volumus, vt iudices sine quoquo suffrag. t q̄ d. ſ. sit tibi. loquatur in iudice ordinario no. in gl. que ita illum tex intelligit extra de vita t hon. est. ale. c. cum ab omni id gl. super. ver. expensis t vide q̄ ibi no. super ver. salariū t ex de rescrip. c. statutū ſ. insuper. li. vj. sup verbo pauperes. Non ob. ſ. oportet. t ſ. vno quoq̄ quos tex. in gl. alle. quā p̄o se. q̄ dico q̄ debent abstinere ab omni lucro scilicet alio quā a lucro sportularum. nā illud bz habere, vt d. ſ. sit ibi. Nō ob. ſ. volumus. q̄ ille. facit ꝫ gl. magnam, que est. ſ. in. ſ. nullo. nā ille p̄mittit accipere sportulas. bz loquat
3 delegatis* De ordinarijs aut nihil dependit. Et p̄ hoc puto d. gl. in fi. que dt. q̄b huiusmodi sportule que dantur iudicibus, deberet seruari fisco. q̄ male dicit. q̄ iudices debēt habere illas p̄ se vltra salarium q̄ habent de publico siue loquamur in delegato a p̄incipe, et hoc. ſ. in fi. quantum. tc. siue in ordinario, vel alijs delegatis, vt dixi, et idem dico. de spoz. que dantur exe-
4 cutoribꝰ cadēt atiōe. de quo no. Spec. i ti. ō salarijs. ſ. j. ¶ Querit gl. super verbo, ab vtraq̄ an quelibet pars debeat duos aureos in cōtestatiōe litis dare. Et ponit opi. ſñ dt q̄ verior opi. est q̄ quelibet pars dz p̄stare duos aureos q̄b apparet ex vi dictionis vtraq̄ que dictio i. innuit q̄ quelibet pars dz duos aureos in
5 dici cansarū. Et ita dt. gl. p̄dicta*. ¶ Ex qua no. q̄ dictio vterq̄ est distributiua, t distribuit rem cuilibet in solidū, t requirit concursum omnium ō quibus loquitur, sicut dicimus in dictiōe qui libet de quo habes in l. si pluribus. de leg. ij. in p̄in. ¶ cōcor. q̄ habet in l. si duas ff. de excusa. tu. ſ. gramatici. sup ver. vtraq̄ sit distributiua. t attribuat rem cuilibet in solidum. tñ. est collectiua q. nō verificatur in vno ex p̄o p̄ia significatione vocabuli sed requiritur concursum illorum de quibus loquitur. licet sit aliud q̄nq̄ q̄ p̄bat in l. cum quidā. C. de impu. t alijs subsli. t l. heredes mil. ſ. cum ita ff. ad Trebel. p̄ hoc quod requirit concursū omnium de quibus loquitur. facit insti. de ver. ob. ſ. vtrū t ſ. sed hec solennia. t C. de iud. l. p̄perandum. ſ. finau. vtraq̄ t l. j. in p̄in. ff. de ver. ob. ¶ Si que dictio vterq̄ ponit p̄ dictione alternatiua vt l. rescriptū. ſ. si pacto. t ibi. no. ff de pac. C. de boque lib. l. fi. ſ. ipsum aut. ff. d eli. t post. l. si ita scriptū. t tūc. de ei⁹ dictionis natura est. q verificetur in vno tātū. t idem de dictiōe vter. t alteruter. l. si ex toto. ſ. j. de le. j. ff. de fer ijs. l. j. in fi. vl. vter ex fratrib⁹. ff. de con. insti. t. l. Titius, t Sei⁹. ff. de heredi inst. t l. p̄operādū. ſ. fine autē alteruter. C. de iudi. q̄ quelibet pars de
6 beat soluere duos aureos i cōtestā. litis t duos i fi. apparet ex isto tex. ibi tc. t hic patet q̄ iudex habet octo aureos. t sit idē dicere quaternis aureis sicut dicimus in dictione dena. q̄ idē est dicere x. t. x. vt. l. sigs ex testamento ff. de leg. j. et no. gl. in l. stipulatio ista. ſ. eū q ff. ō ver. ob. t l. si. ff. ō ann. leg. Qualiter autē
b iste dictiōes: bina terna quaterna. t similes b accipiāt vbi tracta m⁹ depens ipolitis. Ly. tāgit. j. ō litig. ſ. ad ex. sup verbo. decimā. ō hoc in l. qui testrini. C. d muri legulis li. xi. vbi gl. ponit. Ultima gl. iducit. hunc tex. in argu. p̄ donis ne illicite accipiat de quo in l. j. ſ. quedā ff de var. t extraord. cog. t j. quesſtij vē
8 dētes. t xxxvij distin. ō quibusdā vbi ō hoc plene no. ¶ An doctor possit facere collectā vis plene i c. q̄ nonnullis. extra ō magist.

ADDITIONES.

a ¶ In l. si duas. Et ibidem. vide Bal. in ij. col. t in l. ancile. in tiij. no. C. de fur. t plenius vide dom. Alex. de Imo. in d. l. rescriptū ſ. si pacto alleg. in ter.
b ¶ Qualiter iste distinctiones bina, trina, t quaterna t similes acci piātur. Tu vide Bc. Abo. cōſ. cxlv j. incip. dubium faciunt vo. v.

1 ¶ Judex taxat expensas t postea defert victori iuramentum. cui stat. t vide numerum.
2 Judex quando possit esse elementior lege.

3 Quid addatur legibus antiquis, per hanc consti. ꝛ nu. s.
4 Iudex quando taxet expensas ante iuramentum, ꝛ quado post iuramentū, vbi quod in iuramento affectionis taxat post iuramentum delatum.
6 Regula, quod victus victori cōdēmnetur in expensis, qualiter intelligatur.
7 Iuramentum calūn. an excuset victum ab expensis. ꝛ ibi qñ.
8 Iuramentum calūn. an excuset ab expensis propter temeritatē remissiue.
9 Expense in lite veniunt multiplici de causa.
10 Iuramentum calumnie non excusat ab expensis debitis ex promissione, ꝛ quando hoc procedit.
11 Condemnatio in expensis an fieri possit, etiam si non sit petitū, vbi quod sic, sed non tenetur si non condemnatur.
12 Iudex qui in expensis non cōdemnauit victū, an repetat a parte victa remissiue.
13 Condemnatio expensarum facta in minori quantitate quālit iuramentum an valeat remissiue.
14 Condemnationem expensarum, ꝛ eius taxatiōem an iudex reuocet si fuit erratum. vbi quod sic.
15 Iudex condemnat expensis arbitrio suo, inspecta negotū qualitate, ꝛ ita absoluit.

Oportet. Iudex regulariter victum victori in expensis cōdemnare debet, nisi qō iuratum fuerit taxatione premissa nisi, propter negotū varietatem sibi aliter visū fuerit, omnibus aliis legibus huic legi cōtrarijs ifirmatis. h. d. vsq; ad. §. qz vero. ꝛ ex isto. §. sumitur aut. post iusur. super. l. sancim. C. de iud. ꝛ ibi. q de expensis statur sacramento victoris, taxatione a iudice premissa. ¶ Scōo not. qō iudex pōt esse clemētior qui lex, q dic vt in gl. su p versicu. videri. ¶ Quero qd 2
3 adjicitur p hunc tex. legib antiquis. Dicūt quidā duo. ¶ Primum est. qz olim licebat iudici taxare post iuramentū iam prestitum vt. C. de iud. l. sancim. hodie vero non, vt hic. d. aut. post iusur. Hanc opi. ponit gl. magna hic, ꝛ eam tenet in d. aut. tn. i. d. l. sa ctimus. vñ dicere q hic. §. loquitur quando ante iuramentum data fuit taxatio per iudicē, ꝛ tūc non posset postea taxare, sec li post. d. l. sancim. Certe ista distinctio fuit antiquor gl. quā recitat gl. ꝛ eā reprobat in. l. videamus. in fin. ff. de in lit. iura. ꝛ. l. 4 in act. eo. ti. ¶ Circa hoc sunt tres opi. sed veritas est, q qñ iuramentum prestatur de veritate super expensis, tūc nō possūt postea taxari sed debent taxari ante, vt hic, ꝛ idem in iuramēto prestito ratione incertitudinis. vt. l. si qñ. C. vnde vi. Ratio, qz cū istud iuramentum sit de veritate, ista taxatio veniret contra veritatē. Quando autē prestatur iuramentum de affectione, ꝛ tūc pōt postea taxari. Ratio, qz iudex pōt bene refrenare inordinatam affectionem iuris, ſm veritatem, Circa quod vide q no. in d. aut. post iulian. in. d. l. videam. in fi. Et sic habem vnū no-
5 tum ex ista constitutione, ſm nonum ius, qz olim cōdenabat victus victori in expensis. de iud. l. properandum. §. singūt. nili in tribus casib, vt. l. oēs. in fi. C. de epis. ꝛ cler. l. q solidū. §. j. ff. de l. ñ. ¶ Item etiā in tertio casu, quando victus fuit cōtumax. q dic
6 vt. l. properādum. §. singāt extra de pen. c. calumnia. † Sed adverte ad hāc opi. ponit gl. in co. q ōt q dicta regula q victus victori dz in expensis condemnari, semper fuit sic intellecta, si iudici videbitur quod debeat condēnari victus in expēsis. De q vide q not. insti. de pen. teme. iti. §. hec autē omnia. sup ver. ꝛ vide q no. Spec. in titu. de expen. §. nunc de expensis. ver. ic. in sumina distingue. ¶ Itē dicit gl. q nunq; dz ibi rideri. s. q victus cōdemnetur in expensis, qō iurgatur de calumnia, nisi expense sint petite et prestite, ꝛ istud quod quando notatur de calumnia, nō debet fieri in expensis condēnatio. Hoc probat. qz de iure antiq excipiebatur de ista ignorantia, vt. d. l. qui solidum. §. etiā. ff. ō le ga. ñ. Et sic vnū solum qñ citur per hunc. §. nota. Ita ōt hic dicta gl. magna in fi. † Et q no. duo. ¶ Primū q iuramentū calūnie
7 excusat victum ab expensis, que veniunt pp calumniam presumptam, secus si iurans repertretur in evidenti calumnia: qz tale iuramentum ab expensis tunc non excusaret: vt in capi. finē litib in gl. magna extra de dol. ꝛ contu. ꝛ ibi per Innocen. ꝛ Spec. in titu. de expen. §. nunc de expen. versi. in hoc autē est differentia. De hoc an iuramentum calumnie excuset, ab expensis, tangunt
8 doct. in authentico generaliter. C. de episcop. ꝛ cleri. in vñ. op. ꝛ i l. properandū. §. singūt. C. de iudi, ꝛ in l. j. C. de quo, diuer. iudi. vbi ista allegantur. † An autem iuramentum calumnie excusat ab expēsis, q veniunt pp temeritatem, dic vt not. in. l. eū quē
9 temere. ff. de iudi. ꝛ insti. de pe. teme. lit. in §. hec aūt omnia. Veniunt enim † expense multiplici causa, vt not. Spec. i titu. de expē. §. fi. versi. ex pmissis. Be q dic vt no. Bulg. de cū. i l. ij. §. j. ff. de
10 iureiur. ꝛ Jaco. But. i l. properādū. §. sive aūt. C. ō iudi. ¶ † Secūdo no. ex ista gl. q iura calū. nō excusat ab expensis debitis ex promissione. Ad q facit quod not. in l. ij. §. si rē. ff. de legati. ꝛ q no Spec. in titu. de expen. §. si ante. ꝛ tāgit docto. in l. sancim. C. de
mun. q est verū in illis expensis, que fiunt postea q actor tales expensas petat, secus si ante: qz tunc iuramentū calumnie pdest
11 reo. vt supra dixi. ¶ † Quero, an iudex possit cōdēnare victum victori in expensis, etiam si non sit petitū a parte. Dyn. ꝛ q sic. per. l. ediles. item seciendum. ff. de ædili. edic. Hoc ponit ipse in. l. ij. §. hoc aūt iudicū. ff. de dam. infect. vbi nō punit iudex si condemnationē omittit, si non fuit a parte petitū. vt dicto. §. hoc autem iudicium. ꝛ ibi p Dyn. et docto. in. d. l. properādum. §. sive aūt. in ij. q. ii enim esset q parte petitum. ꝛ in expensis nō cōdenet, tūc tenet ei ut parti restituere ō suo: vt. d. l. properādū. §. fin
12 aūt alteruter. ¶ † Sz tūc quero, an iudex potest repetere a parte que victa est, ꝛ debuit in expensis condemnari, ꝛ nō fuit condemnata. Tex. vī velle q sic, in l. ij. C. de exac. trib. lib. ex. ꝛ ibi dicā. ¶ Quero hic, dicitur q iudex nō pōt condēnare jn minori qui-
13 titate quā iuratum sit taxatiōe permissa. † Sed quero, an liset condemnationē i minori quantitate valeat. Dic vt per Innoc. i c. vlti. extra q metus causa in gl. super verbo taxatione in prin-
14 cip. † Sz pone, q iudex videt post taxationem se errasse, an potest talem revocare taxationem: Innoc. dicit q sic. etiam post prestitum iurāmētū, ꝛ pcederet ad sententiam ex veritate iuramenti. Hec obstat ille. §. qz loquit ibi precessit legitima taxatio q nō revocatur. sz vbi nō est bona taxatio, tunc secus. Ita tz Innoc. i d. c. finq. super verbo taxatione. De quo etiam per Specu. in titu. de expen. §. fin. circa p̄n. ꝛ vide etiā p Innoc. extra de pe. c. auditis.
15 vbi gl. tangit. ¶ † Venio ad verbū. In. Ex q not. q in arbitro iudici est condemnare: vel nō cōdēnare ipsum negotij qualitate, ꝛ vbi p̄sumit, erit neutrū vel debere condemnari in expēsis hoc ōt in sententia sua declarare, vt hic, ꝛ hunc tex. no. Spec. i dicto. §. fi. ver. illud etiam nō tādū circa fin. p̄incip. vbi ōt, ergo. ꝛc. ꝛ pot esse quod neuter dz in expensis condēnari pp negotij varietatem, vt. i. dicit: qz vt. a pars hz iustam causam litigandi, quando vtraq; pars obtinuit in dimidia eius qō petebat, vī expense inter eam compensentur.

ADDITIO.

8 Cs. sinautem. Et ibidem ad hoc vide Pet. de Sza. ꝛ Bart. ꝛ Bal. in d. authen. giter. ꝛ Ange. hic, ꝛ Alex. plene in. l. ait pretor. in p̄incip. de jurejurā. ꝛ Bal. in marga. in versi. iuramentū, ꝛ Molt. in c. cum dilectus, de elect. ꝛ Jo. de Imo. in. c. ñ. de dolo ꝛ contu. ꝛ Lanfran. in. c. quoniam §. ad ñ. de pba. ꝛ Cur. in cle. de re iudi. in. i. q. ꝛ Bart. in cōli. incip. Bracciolus. Adde q̄ notauī i a post. ad istū in auth. giter. nu. tij. in versi. iuramēto calū. C. de piscop. ꝛ cleri. ꝛ qō dixi post Collecta. in. c. ñ. nu. xij. in verbic. non obstante qō iuratum fuerit. extra de dolo ꝛ contuma. ꝛ ibi etiā dixi i addi. io. ad Paul. nu. xxj. i versi. an hoc sit verū.

1 ¶ Hec constitutio de quo iuramento loquatur,
2 Compromissum factum cum iuramento, ꝛ pena valet,
3 Intellectus huius tex. an loquatur in actore, ꝛ reo,
4 Pena compromissi ꝛ non parentem, siue sit actor, siue reus, etiā si potest, non autē reus.
5 Clausula rato manēte pacto apposita in cōpromisso operat, qō exlando oritur actio, ꝛ pena petī pōt.
6 Iuramentū, de quo hic, an de iure canonico seruari debet.
7 Arbiter male iudicans, quando faciat litem suam.

Quia vero. Arbiter cum iure citando a partibus vel ab arbitrio prestito eligi non debet ei pena sic. Et arbiter cum iuramento electi iniquam sententiā tulerit, si quidem dolo, pena periurij punietur a Deo. Si vero per imperitiā, nihil ejus erit propter iuramētū. ¶ Item omnes alie leges de cōpromissis loquentes huic legi non contrarie contir-
1 mantur. h. d. ¶ † Quero, de quo iure iurando log. ꝛ gl. dic super verbo. iur. De juramēto prestito a partibus. Idez si ab arbitro, ꝛ tūc p hūc. §. cognigit. l. ne ī arbitris. §. j. ꝛ l. cū ginta. alterā. de arbi. Idē tz gl. i guth. decernim. hic sumpta. C. arbitri. nol.
2 dicant ꝛiū, quod iuratur ab arbitro ꝛ tz hic. † Jaco. de bella. fuit compromissum cū iuramento ꝛ pena quod valet. Idē tz gl.
3 in. d. auth. decernimus. ꝛ doc. ibi. ¶ † Sz quero, de intellectu huius. §. gl. mag. super verbo mulctam dicit q hic tex. videtur loqui in actore ꝛc: vt si non vult parere sententie arbitri solnāt penam contentā in cōpromisso ad actionem sua exercedā coram iudice vt hic dicit. Sz quid in reo si non vult parere sentētie late pro actore ꝛc, an actor consequatur penā ꝛ rē. gl. dicit q hic, qz pena non succedit loco rei, sed loco cōtempus arbitri. Sz veritas est, vt dicit Jacob. but. q nullo modo actor, ꝛ reus pe. ꝛ rē cōsequantur, nili in vno casu, videlicet in lite principali postea coram iudice agitādā obtinebit, ꝛ ide dicit hic tex. Idē idē. Ligo rem. in fin. ꝛ modo dixi. ff. de arbitr. Sed gl. loquitur in actore non parente sententie, qui soluit penam, redit ad actū sū. ꝛ pro

bat hoc ter. nec reus potest vti sententia arbitri pro se, tñ non a-
mittit iuris sui defensionē in alia causa & no. in hac gl. sup dicto
4 verbo mulctā. in fi. ibi, hec eadē econtra dicas in reo, &c. ¶ Et
sic ꝫ nō parente sententie arbitri, siue actor, siue reus pōt exigi.
Sz istio principalis suo marte discurrat cozā iudice ordinata.
nō autē eligitur pena, & res contra parētē, vt hoc ter. & d. l. si qs
5 rēin fi. ¶ Preterea, qñ cōpromisso est apposita pena, ex senten-
tia arbitri non ozitur actio vel exceptio, sed solum pena peti pt,
nisi sit dictū expresse, rato manēte pacto. Ita no. i l. ū. ff. de arb.
6 no. in l. cū antea. ff. j. in prin. in ū. q. C. de ar. ¶ Quero, qd de
iure cano. an istud iuramētū sit observandū: Docto. formant in
auth. decernimus de quo vide gl. i c. ñ. extra de arbi. sup verbo
sacramentū, que dicit qō est observādū. si arbitrium est licitū, & z
iuramentū interponi debuerit, quo casu de iure ciuili nō valeat
etiā si bene iudicat vt no. in d. authē. decer. & d. gl. dicti. c. ū. no.
non referendo gl. ad tex. decretalis, qui textus loquit de arbi-
tratore, scōm gl. sup verbo absoluas, quo casu de iure ciuili sine
dubio pōt iuramentū intervenire vt in capi. quintauallis. extra
7 de iureiurando. & l. si libertus. ff. de operis liberto. ¶ Ultimo
arbitro, qō arbiter male iudicās nō facit litē suā, qō gl. ēt tāgit,
1 quando iuramēto sit compromissum, alias sic. a De quo in l. pe.
C. de pa. i fin. p gl. & no. in l. fin. ff. de var. & extraord. cog. Instit.
de oblig. que ex quasi delicto in princip. de regu. iur. c. j. lib. vj.
Sed gl. in princip. Instit. de oblig. que ex quasi delic. vī velle,
quod arbiter faciat litē suā, etiā si iurat. ad hunc text. respōdet,
vt ibi, sed precedentem opin. doct. tenent.

ADDITIO.

a Alias sic. Quando vere faciat litem suam, & an, & quando, teneak
videtur. Fely. in c. pastoralis. §. qz vero. circa princip. ij. colūna
de officio. delegat.

1 Appellare, quibus casibus non liceat.
